

Philippus. Philippus cum Philippo filio annis viii. Hic primus Christianus imperator fuit, et filius eius similiter.

Christianus Imp.

Decius. Decius annis iii. Hic cum ambos philippos, seniore[m] Romae, iunio[re]m Verong occidisset, ob odium eorum persecutionem in christianos mouet. Antonius monachus in Aegypto claruit.

Gallus. Volusianus. Valerianus. Saporis. Gallienus. Gallus et Volusianus annis ii. Nouatiana haeresis oritur. Valerianus cum Gallieno annis xv. Hic Valerianus in Christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique luminibus orbatus, seruitute miserabili conuenescit, quem etiam secum, quocumque pergebat, ducens, ad iniuriam Romanorum solentius inclinatum pedibus calcans, ascendit in equum, unde Gallienus tam claro dei iudicio territus pacem Christianis reddit.

Claudius. Gothi. Claudius annos ii. Iste Gothos iam per annos xv Illyricum macedoniamq[ue] vastantes superat et expellit.

Aurelianus. Aurelianus annos v. Hic etiam persequitur Christianos.

Tacitus. Florinus. Tacitus menses vi, quo apud Pontum occiso, obtinuit Florianus imperium diebus LXXXVIII, et sic apud Tharsum interficitur.

Probus. Manichaei. Probus annis vi. Manicheorum haeresis exorta est. Carus cum filijs Carino et Numeriano annos ii. Iste de Persis triumphauit.

Dioletianus. Dioletianus cum Herculeo Maximiano, quem olim sibi comilitonem, consortem imperij fecerat, annos xx. Isti diuinis libris exustis, vastari ecclesias, affligi et interfici christianos iusserunt. XX autem regni sui anno Dioletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, et priuatam uitam elegerunt. Attamen coepta semel persecutio usque ad septimum Constantini annum feruere non cessat.

Vastatio Ecclesiarum.

Constantinus. Constantinus Constantini pater xvii imperij anno summa mansuetudinis et ciuilitatis uir in Britannia obiit Eboraci. Hic cum multos haberet in suo palatio Christianos uolens probare si essent deo suo uere fideles, promisit ijs si a fide excederent, multa se dona largiturum, sin autem poe.